Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800

Quelle:
Copyright:

ca. Continet praeter *Prologum* VIII. *Capita*, quibus potiſſimum nititur Hebraeus oſtendere, ea, quae ibi apud *Iſaiam* leguntur, Meſſiae Chriſtianorum adplicari non poſſe.

Fol. 112. *Explicaçion Paraphraſtica de las ſetenta Semanas de Daniel. Capitibus* III. urgetur idem.

Fol. 141. *Epiſtola inuectiua contra un Philoſopho medico, que dudaua, o no creia la uerdad de la diuina eſcritura, y pretendio encubrir ſu maliçia con la afectada confeſſion de Dios, y Ley de naturaleza.* Paullo aliter in Tabula praevia: *contra vn Judio Philoſopho Medico, que negaua la Ley de Moſseh, i ſiendo ateyſta afectaua la Ley de Naturaleza.* Innui viſus eſt hic *Baſnagio Ben. Spinoſa;* verum an is unquam Medicen profeſſus? Tractatus hic poſt *Prologum* dividitur in quatuor *Diſcurſus*, et horum quivis in *Capita*, quibus partim ſacrarum Literarum divina origo et autoritas, partim Legis oralis (תורה שבעל פה) ſive Traditionum, quas non incongrue Noſter *los Vallados* adpellat, neceſſitas propugnatur, *Talmud*que vindicatur. *Orobio* certe inter acutiſſimos, doctiſſimosque Judaeorum locum deberi, extra dubium eſt.

DCIII.

R. 622 Codex chartaceus hiſp. Sec. XVIII. Folior. 158. 4. hunc praefert Titulum: *Verdad de la Lei de Moſeh aclarada en dos Dialogos. Interlocutores Andres Antonio, Obadia Ben Iſrael. En Maruecos. Año* 5422. Foret hic annus Chriſti 1662. ſi toti huic inſtituto fides; verum ego *Dialogos* hos antichriſtianos in *Hollandia* potius ab Judaeo quodam ex *Hiſpanis* conſcriptos autumo, unde et praeſens Exemplar natum eſt; legitur enim in calce: *Copiado por mi Jabacob Rephael Monis en Roterdam año* 1710. Dabo Argumentum Dramatis verbis Autoris: *Vn Flamenco por nombre Andres Anttonio auiendo en Flandes entendido, que un hermano ſuio, llamado Bernardo Anttonio, ſe hauia hecho Judio, ſe determinò à uenir à Maruecos, donde reſidia, à buſcarlo, y auiendo llegado ſe ua buſcando por los fundaques, y tiendas de los Judios por ver, ſi lo puede hallar. El hermano, que ya ſe llamaua Obadia Ben Yſrael auiendo entendido* (que) *uenia Nave de Flandes, y en ella un manceuo, por ſeñales, que le dieron, ſoſpechò, que puede ſer ſu hermano* &c. Mutuo igitur ſe quaerentes conveniunt, ſermonemque de religione conferunt, quo Chriſtianus ita premitur, ut exclamet: *Verdaderamente, Señor hermano! yo confieſo no ſaber que reſponder*, petatque veniam recurrendi ad Sacerdotem chriſtianum, qui diluat objecta. Atque hic finitur prior Dialogus. In altero reſpondet Judaeus ad Sacerdotis argumenta, remque eo deducit, ut Frater rurſus ad Sacerdotem redire proponat; *Obadias* vero bonam ſpem concipiat illum penitus lucrandi.

Qui-